

~~10# 4 6# 81~~

13  
1738

BX855  
.J4  
1733-62  
v.13  
c.1





# BULLARIUM ROMANUM.

S E U

NOVISSIMA, ET ACCURATISSIMA  
COLLECTIO  
APOSTOLICARUM CONSTITUTIONUM

Ex autographis, quæ in Secretiori Vaticano,  
aliisque Sedis Apostolicæ Scriniis  
asservantur.

*Cum Rubricis, Summariis, Scholiis,  
& Indice quadruplici.*

**TOMUS DECIMUSTERTIUS.**  
Complectens Constitutiones **CLEMENTIS XII.** ab Anno I. usque ad IV.



**ROMÆ, MDCCXXXVIII.**  
Typis, & Sumptibus Hieronymi Mainardi.

SUPERIORUM FACULTATE.  
**CUM PRIVILEGIO SANCTISSIMI.**



46593



N E R I O  
S. E U S T A C H I I  
*Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono*  
CARDINALI CORSINIO.



HIERONYMUS MAINARDUS

S. P. D.



Quod mihi libraria in Arte diu multumque versato licuit animadvertere CARDINALIS AMPLISSIME, illud est Librariorum in more positum, quum Volumina suis impressa formis vulgare cogitant, ut eadem magnorum Principum splendentia nomine in lucem edant. Quin etiam cur tantum splendoris comparatum iis velint, deprehendi. Id faciunt scilicet,

a

cet,





cet aut grati animi ergo , eo quod maximis sint cumulati beneficiis ; aut sapienti ducti consilio , ut Principem demereantur ; aut denique necessitate coacti , quod operis natura ipsa Virum Principem spectet . Unoquoque horum capitum me moveri , ut Tibi , **CARDINALIS AMPLISSIME** , hanc Sacrarum Legum Collectionem nuncupem , diffiteri non possum , nec debeo . At enimvero quæ & quanta tum publica tum privata in me beneficia contulisti ? Utinam moderatione tua summa non prohiberer numerando recensere , quorum pro ea , quam Tibi natura indidit , animi magnitudine es oblitus ? Tuum vero maximum patrocinium ut assequar , periclitandas mihi esse omnes vires intelligo , mecumque omnes perinde æstimant , quicumque adeo clara adeoque illustria ea virtutum ornamenta suspiciunt , quibus inclyto Tuo generi non insuetum Sacræ Purpuræ decus accessit . Cæterum tametsi utraque movear ratione , nullo tamen pacto eas comparari posse puto cum illa potissima , quæ ex hujus Operis natura petitur .

Sacrarum hæc legum Collectio , **EMINENTISSIME CARDINALIS** , ad Te , veluti ad suum Dominum optimo , meritoque jure convolat : Tua quippe est . Quidni enim ? Sanctissimus **D. N. CLEMENS XII.** , quem Tibi conjunctio sanguinis Patrum dedit , Catholica autem Ecclesia Patrem esse voluit , Tuo potissimum usus consilio ex his quamplurimas tu-

lit :

lit : nonnullas Tuo commisit examini ; multisque Tu ipse causam , in Apostolicæ sollicitudinis partem vocatus , dedisti . Quamobrem dum easdem ex meis Typis prodeuntes Tibi dedico , æqui partes impleo , Tibi reddens quod tuum est .

Nec vero hoc uno Volumine latæ omnes a Sanctissimo Patre leges comprehenduntur : diversæ enim temporum difficultates & multas numero , & harum nonnullas pluribus tractandas pepererunt . Primam itaque partem nunc evulgo , eas nimirum Constitutiones , quas primis quatuor Pontificiæ suæ administrationis annis Princeps Optimus sanxit : reliquas editurus quum primum satis otii nactus ero ab iis , quæ me in diversa distrahunt , negotiis . Atque utinam Deus Optimus Maximus **CLEMENS XII.** Ecclesiæ suæ bono diutissime servet , ut ingentem Voluminum copiam ex sanctissime ab eo latis , ferendisque legibus possim conficere . Laboribus , impensisque non parcam : quamvis tamen iis potissimum decretis , quibus obrepentia prope diem vitia coercentur , desiderari velim occasionem . Sed quæ usquam urbs virtutibus clara , vitiis inaccessa ? Virtutis expertes turmas hominum permultas inveniemus : ab omni vitiorum sorde puras nullas prorsus .

Hanc itaque animi mei significationem , quantula illa est , qua soles benignitate , **CARDINALIS AMPLISSIME** , accipere ne dedigne-

gnetur .



gneris; ac si eam tarde quidem promo, hoc non desidia, seu voluntariæ protelationis contumacia; sed quampluribus gravibusque, ac non felicibus artis meæ, temporumque circumstantiis, factum precor existimes; nihil enim mihi fuit antiquius, quam hoc officii debitum Patrono beneficentissimo persolvere. Interim ego salutem, & fausta quæque precatus, Sacram Purpuram Tuam umiliter exosculor. Vale. Dabam Romæ Kal. Martii An. S. MDCCXXXVIII.

INDEX

# INDEX

## RUBRICARUM OMNIUM CONSTITUTIONUM,

*Quæ in hoc Tomo continentur.*

### ANNO PRIMO.

- |   |   |
|---|---|
| <p>I. Confirmatio Regularum Cancellariæ per SS. D. N. <span style="float: right;">Pag. 1.</span></p> <p>II. Gratiæ, &amp; Privilegia Conclavistis postremi Conclavis conceduntur. <span style="float: right;">14.</span></p> <p>III. Privilegia, exemptiones, &amp; indulta concessa Dapiferis, qui in anteriori Conclavi S. R. E. Cardinalibus intervierunt. <span style="float: right;">22.</span></p> <p>IV. Confirmatio Decreti Congregationis Rituum pro Ordine Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum circa recitationem Officii Beata Mariæ Virginis sub titulo de Remedio. <span style="float: right;">27.</span></p> <p>V. De continuatione Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum &amp; Locorum Piorum Urbis. <span style="float: right;">28.</span></p> <p>VI. Confirmatio Indulti &amp; usus celebrandi Missas &amp; Officia Sanctorum Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini pro Congregatione Sancti Antonii Viennen. ejusdem Ordinis. <span style="float: right;">29.</span></p> <p>VII. Confirmatio quorundam Decretorum Anno 1725. a SS. Domino Nostro, uti ejusdem Ordinis Protectore, &amp; a Benedicto XIII. specialiter ad hoc Delegato, editorum pro bono Ordinis Sancti Francisci Provinciæ Romanæ, illiusque Fratrum regimine. <span style="float: right;">30.</span></p> <p>VIII. Jubilæum Universale ad implorandum divinum auxilium initio sui Pontificatus pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ regimine. <span style="float: right;">32.</span></p> <p>IX. Confirmatio Statutorum &amp; Decretorum pro Congregatione Hispaniæ Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, in Capitulo &amp; Dissinitorio Generalibus dictæ Congregationis factorum. <span style="float: right;">35.</span></p> <p>X. Confirmatio Brevis Urbani VIII. super subjectione Provinciæ Romanæ Ordinis Minorum Sancti Francisci, Capuccinorum nuncupatorum, pro tempore existentibus Ministro Generali, &amp; in ejus absentia Procuratori &amp; Commissario generali ejusdem Ordinis. <span style="float: right;">40.</span></p> <p>XI. Confirmatio Constitutionum Ordinis Monachorum Sancti Hieronymi in Hispania. <span style="float: right;">41.</span></p> <p>XII. Moderatio quarundam literarum Benedicti XIII. pro Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia. <span style="float: right;">103.</span></p> <p>XIII. Collegium de Ozier Fratrum Missionariorum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia in Regno Sardinia subicitur Superiori Generali totius Ordinis. <span style="float: right;">104.</span></p> <p>XIV. Moderno, &amp; pro tempore existentibus Arcetinis Episcopis, Pallii usus, &amp; Crucis prelatio perpetuo conceduntur. <span style="float: right;">105.</span></p> <p>XV. Concessio Privilegiorum pro nonnullis suis Familiaribus. <span style="float: right;">108.</span></p> <p>XVI. Creatio XXV. Puerorum honorariorum in</p> | <p>Comites Palatinos, &amp; Auratæ Militiæ Equites, occasione solemnis equitationis a Vaticano ad Lateranum &amp;c. <span style="float: right;">114.</span></p> <p>XVII. Leges publicæ Scientiarum Achademis Cervariæ in Cathalonia a Philippo V. Rege Catholico institutæ, auctoritate Apostolica confirmantur, concessis Achademis hujusmodi nonnullis Privilegiis. <span style="float: right;">114.</span></p> <p>XVIII. Generali Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum facultas datur constituendi duos Concionatores in qualibet Provincia, tres vero in grandioribus. <span style="float: right;">154.</span></p> <p>XIX. Extensio Indulgentiæ perpetuæ in diebus Conversionis &amp; Commemorationis S. Pauli Apostoli pro Ecclesiis Monialium Angelicarum nuncupat. Congregationis Sancti Pauli Ordinis Sancti Augustini &amp;c. Barnabitarum Mediolanen. Civitatis. <span style="float: right;">155.</span></p> <p>XX. Confirmatio Brevis Leonis X. quo Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Florentinæ in Notarios Sedis Apostolicæ creantur. <span style="float: right;">157.</span></p> <p>XXI. Confirmatur concessio a Leone X. anno 1515. facta Notario &amp; Cancellario Nationis Florentinæ de Urbe, ut quæcumque acta judicialia &amp; contentiosa libere &amp; licite conficere possit: quod officium in Urbe restituitur. <span style="float: right;">159.</span></p> <p>XXII. Constitutio, qua prævia confirmatione &amp; innovatione alterius Constitutionis san: met Pauli PP. IV. anno 1555. editæ, decernitur, Decanatum S. R. E. Cardinalium Collegii ipso jure deferendum esse Cardinali antiquiori Episcopo, qui tempore vacationis ipsius Decanatus in Romana Curia præfens, vel ex causa publica, ac Romani Pontificis destinatione, dumtaxat, non tamen ratione residentia apud aliam Ecclesiam sibi commissam, a dicta Curia absens fuerit; aliaque insuper statuuntur &amp; ordinantur tam circa ejusmodi Decanatum quàm circa sex Episcopatus Suburbicarios, ejusdem Cardinalibus assignari solitos pro titulo sui Cardinalatus. <span style="float: right;">162.</span></p> <p>XXIII. Immunitates &amp; exemptiones, quibuscumque &amp; quomodocumque, etiam Ordinibus Regularibus, Societatis Jesu, Ordinis Predicatorum &amp; Eremitarum Sancti Augustini, nuper concessæ in damnum Camere Apostolicæ, revocantur, vel ad terminos juris reducuntur, atque alia pro æquo &amp; congruo stabiluntur. <span style="float: right;">164.</span></p> <p>XXIV. Vicario, &amp; Officialibus Generalibus Congregationis Galliarum Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Excalceatorum, nuncupat. indulgetur, ut post vacationem, novemdecim, aut viginti circiter mensium, ab eorum officis ad alia eligi possint. <span style="float: right;">169.</span></p> <p>XXV. Votantibus Signaturæ Justitiæ conceditur usus Mantelli Magni, &amp; Pilei Pontificalis cum</p> |
|---|---|